Materia itaque in toto universo una & eadem existit, utpote quæ omnis per hoc unum tantūm agnoscitur, quòd sit extensa. Omnesque proprietates, quas in eā clarè percipimus, ad hoc unum reducuntur, quòd sit partibilis, & mobilis secundūm partes, & proinde capax illarum omnium affectiōnum, quas ex ejus partium motu sequi posse percipimus. Partitio enim, quæ fit solā cogitatione, nihil mutat; sed omnis materiæ | variatio, sive omnium ejus formarum diversitas, pendet à motu. Quod passim etiam à Philosophis videtur fuisse animadversum, quia dixerunt naturam esse principium motūs & quietis. Tunc enim per naturam intellecerunt id, per quod res omnes corporeæ tales evadunt, quales ipsas esse experimur.

Motus autem (scilicet localis, neque enim ullus aliis sub cogitationem meam cadit; nec ideò etiam ullum aliud in rerum naturâ fingendum puto), motus, inquam, ut vulgò sumitur, nihil aliud est quām *actio*, quā *corpus aliquod ex uno loco in aliud migrat*. Et idcirco, quamadmodum suprà monimus eandem rem eodem tempore dici posse locum mutare & non mutare, ita eadem etiam dici potest moveri & non moveri. Ut qui sedet in navi, dum ea

Z toho lze též snadno vyvodit, že látka nebes není jiná než (látka) Země. A ovšem, i kdyby bylo světů nekonečné množství, musely by se všechny skládat z jedné a téže látky. Proto ani nemohou být mnohé, ale pouze jeden. Zřetelně totiž chápeme, že ona látka, jejíž přirozenost spočívá pouze v tom, že je rozlehlou substancí, zcela zabírá všechny představitelné prostory, ve kterých by mohly být ony jiné světy. Také v sobě nenacházíme ideu žádné jiné látky.

V celém vesmíru tedy existuje jedna a táž látka, ježto je poznávána pouze skrze to jediné, že je rozlehlá. Všechny vlastnosti, které v ní jasně poznáváme, se omezují na to jediné, že je dělitelná a pohyblivá podle svých částí, a proto schopná všech oněch vlivů, které, jak poznáváme, mohou vyplývat z pohybu jejích částí. Vždyť dělení, které se děje pouze myšlením, nemění nic. Avšak všechny obměny látky čili různost všech jejích forem závisí na pohybu. To bylo také, jak se zdá, často pozorováno filosofy, protože říkali, že příroda je princip pohybu a klidu. Tehdy totiž přírodou chápali to, skrze co se všechny tělesné věci stávají takovými, jakými je samotně zakoušíme.<sup>14</sup>

Pohyb však (a to místní, neboť žádný jiný mi ani nepřišel na mysl; a ani si nemyslím, že je třeba si nějaký jiný ve světě vymýšlet),<sup>15</sup> pohyb, pravím, v běžném pojetí, není nic jiného, než *cinnost*, kterou se nějaké těleso stěhuje z jednoho místa na jiné. A proto, jak jsme upozornili výše,<sup>16</sup> můžeme říci, že tatáž věc v tomtéž čase mění i nemění místo, takže lze i říci, že tatáž (věc) se pohybuje i nepohybuje. Když tedy někdo sedí v lodi vyplouvající

XXII.  
*Rovněž (poznáváme), že látka nebes a Země je jedna a táz, a že nemůže být více světů.*

XXIII.  
*Všechny obměny látky čili veškerá různost jejích forem závisí na pohybu.*

XXIV.  
*Co je pohyb v běžném smyslu.*

<sup>14</sup> Aristotelés, *Phys.* II, 1, zejm. 192b 21–3.

<sup>15</sup> Viz část I, čl. LXV., s. 67 a LXIX., s. 71 tohoto vydání.

<sup>16</sup> Viz čl. XIII., s. 95n. tohoto vydání.

solvit è portu, putat quidem se moveri, si respiciat ad littora eaque ut immota consideret; non autem, si ad ipsam navim, inter cujus partes eundem semper situm servat. Quin etiam, quatenus vulgò putamus in omni motu esse actionem, in quiete verò cessationem actionis, magis propriè tunc dicitur quiescere quām moveri, quia nullam in se actionem sentit.

XXV.  
*Quid sit motus propriè sumptus.*

Sed si non tam ex vulgi usu, quām ex rei veritate, consideremus quid per motum debeat intelligi, ut aliqua ei determinata natura tribuatur: dicere possumus esse *translationem unius partis materiæ, sive unius corporis, ex viciniâ eorum corporum, quæ illud immediatè contingunt & tanquam quiescentia spectantur, in viciniam aliorum*. Ubi per unum corpus, sive unam partem materiæ, intelligo id omne quod simul transfertur; etsi rursus hoc ipsum constare possit ex multis partibus, quæ aliquos in se habeant motus. Et dico esse *translationem*, non vim vel actionem quæ transfert, ut ostendam illum semper esse in mobili, non in movente, quia hæc duo non satis accurè solent distingui; ac esse duntaxat ejus modum, non rem aliquam subsistentem, sicut figura est modus rei figuratæ, ac quies rei quiescentis.

XXVI.  
*Non plus actionis requiri ad motum quām ad quietem.*

Quippe notandum est, magno nos, in hoc, præjudicio laborare, quòd plus actionis ad motum requiri arbitremur, quām ad quietem. Hocque ideò nobis ab ineunte ætate persuasimus, quòd corpus nostrum soleat moveri à nostrâ voluntate, cuius intimè concii sumus, & quiescere ex hoc solo quòd terræ adhæreat per gravitatem, cuius vim non sentimus. Et quidem quia ista gravitas, aliæque plures causæ, à nobis non animadversæ, moti-

z přístavu, domnívá se, že se sám pohybuje – bude-li ovšem přihlížet ke břehům, které bude považovat za nehybné; ne však, *⟨přihlédně-li⟩ k samotné lodi, mezi jejímiž částmi zachovává stále tutéž polohu*. Ježto běžně máme za to, že v každém pohybu je činnost, v klidu však ustání činnosti, je v daném případě dokonce vhodnější říci, že *⟨onen cestující⟩ je spíše v klidu než v pohybu, protože v sobě žádnou činnost necítí*.

A však uvažíme-li – ne podle běžného zvyku, ale spíše podle pravdy –, co by se mělo chápát pohybem, aby mu byla připsána nějaká určitá přirozenost, můžeme říci, že *je přesunem jedné části látky či jednoho tělesa ze sousedství těch těles, která k němu bezprostředně přilehají a jsou nahližena jako spočívající v klidu, do sousedství jiných*. A tu jedním tělesem či jednou částí látky chápou vše to, co se zároveň přesunuje; byť se i toto *⟨těleso⟩* může skládat z více částí, které v sobě mají jiné pohyby. A říkám tomu *přesun*, a nikoli síla nebo činnost, která přesunuje, abych ukázal, že je vždy v pohybujícím se, a ne v tom, co pohybuje. To dvojí se totiž obvykle nerozlišuje dost přesně. A *⟨přesun⟩* je toliko modem pohybujícího se, ne nějakou samostatně jsoucí věcí, stejně jako tvar je modus věci tvarované a klid *⟨modus⟩* věci spočívající v klidu.

XXV.  
*Co je náležitě pojímaný pohyb.*

Je ovšem třeba poznamenat, že jsme tu zatíženi velkým předsudkem, domnívající se, že k pohybu je třeba více činnosti než ke klidu. Jsme o tom od dětství přesvědčeni proto, že naše tělo bývá pohybováno naší vůlí, které jsme si vnitřně vědomi, a v klidu spočívá pouze proto, že lze k zemi tříhou, jejíž sílu necítíme. Tato tříha a mnohé jiné námi nepozorované příčiny kladou odpor pohybům, které

XXVI.  
*K pohybu není třeba více činnosti než ke klidu.*

bus quos in membris nostris ciere volumus resistunt, efficiuntque ut fatigemur, putamus majore actione, sive majore vi opus esse ad motum cendum, quām ad illum sistendum: sumentes scilicet actionem pro conatu illo, quo utimur ad membra nostra & illorum ope alia corpora permovenda. Quod tamen præjudicium facilè exuemus, si consideremus, non modò conatu nobis opus esse ad movenda corpora externa, sed sæpe etiam ad eorum motus sistendos, cùm à gravitate aliâe causâ non sistuntur. Ut, exempli gratiâ, non majori utimur actione ad navigium in aquâ stagnante quiescens impellendum, quām ad idem, cùm mouetur, subitò retinendum: vel certè non multò majori; hinc enim demenda est aquæ ab eo sublevatæ gravitas, & ejusdem lensor, à quibus paulatim sisti posset.

Cùm autem hîc non agatur de illâ actione, quæ intelligitur esse in movente, vel in eo qui motum sistit, sed de solâ translatione, ac translationis absentiâ, sive quiete: manifestum est hanc translationem extra corpus motum esse non posse, atque hoc corpus alio modo se habere, cùm transfertur, & alio, cùm non transfertur sive cùm quiescit: adeò ut motus & quies nihil aliud in eo sint, quām duo diversi modi.

Addidi præterea, translationem fieri *ex viciniâ corporum contiguorum in viciniam aliorum*, non autem ex uno loco in alium: quia, ut suprà explicui, loci acceptio varia est, ac pendet à nostrâ cogitatione: sed cùm per motum intelligimus eam translationem quæ fit ex viciniâ corporum contiguorum, quoniam una tantum corpora eodem temporis momento ejusdem mobilis contigua esse

XXVII.  
*Motum & quietem esse tantum diversos modos corporis moti.*

XXVIII.  
*Motum propriè sumptum non referri, nisi ad corpora contigua ejus quod movetur.*

chceme provádět svými údy, a způsobují, že se unavíme. A proto se domníváme, že k provádění pohybu je třeba více činnosti čili větší síly, než k jeho zastavení. Činnost totiž pokládáme za ono úsilí, které vyvíjíme, abychom pohnuli svými údy a jejich prostřednictvím jinými tělesy. Tohoto předsudku se však snadno zbavíme, uvážíme-li, že úsilí nepotřebujeme pouze k pohybování vnějšími tělesy, ale často také k zastavení jejich pohybu, když nejsou zastavena tíhou či jinou příčinou. Tak, například, nevyvíjíme více činnosti k uvedení lodi spočívající ve stojaté vodě do pohybu, než k jejímu náhlému zastavení, když se pohybuje. Nebo jistě ne o moc větší: je zde totiž třeba odečít tíhu a viskozitu<sup>17</sup> jí vytlačené vody, které by ji mohly postupně zastavit.

Ježto zde však nejde o onu činnost, která se chápe v tom, co se pohybuje nebo v tom, co pohyb zastavuje, ale pouze o přesun a nepřítomnost přesunu čili o klid, je zjevné, že tento přesun nemůže být mimo pohybované těleso. S tímto tělesem se to také má jinak, když se přesunuje, a jinak, když se nepresunuje, čili když spočívá v klidu. Pohyb a klid v něm tak nejsou nic jiného než dva různé mody.

Dříve jsem dodal, že přesun se děje *ze sousedství přilehlých těles do sousedství jiných*, ne však z jednoho místa na jiné. Jak jsem totiž vysvětlil výše, pojímání místa je různé, a závisí na našem myšlení.<sup>18</sup> Ale když pohybem chápeme onen přesun ze sousedství přilehlých těles, nemůžeme připisovat určitému pohybujícímu se tělesu více pohybů zároveň, ale pouze *(pohyb)* jediný, protože v jed-

XXVII.  
*Pohyb a klid jsou jen různé mody pohybovaného tělesa.*

XXVIII.  
*Náležitě pojímaný pohyb se vztahuje pouze k tělesům přilehlým k tomu, které se pohybují.*

<sup>17</sup> Přeloženo na základě francouzské verze, AT IX-2, s. 77, pozn. b.

<sup>18</sup> Viz čl. X. až XVI., s. 93–101 tohoto vydání.

possunt, non possumus isti mobili plures motus eodem tempore tribuere, sed unum tamtum.

## XXIX.

*Nec referri nisi ad ea corpora contigua quæ tanquam quiescentia spectantur.*

Addidi denique, translationem illam fieri ex viciniâ, non quorumlibet corporum contiguorum, sed *eorum* duntaxat, *quæ tanquam quienscentia spectantur*. Ipsa enim translatio est reciproca, nec potest intelligi corpus AB transferri ex viciniâ corporis CD, quin simul etiam intelligatur corpus CD transferri ex viciniâ corporis AB: ac planè eadem vis & actio requiritur ex unâ parte atque ex alterâ. Quapropter si omnino propriam, & non ad aliud relatam, naturam motui tribuere vellemus, cùm duo corpora contigua unum in unam, aliud in aliam partem transferuntur, sicque à se mutuò separantur, tantundem motûs in uno quâm in altero esse diceremus. Sed hoc à communi loquendi usu nimium abhorreret: cùm enim assueti simus stare in terrâ, eamque ut quiescentem considerare, quamvis aliquas ejus partes, aliis minoribus corporibus contiguas, ab eorum viciniâ transferri videamus, non tamen ipsam ideò moveri putamus.

## XXX.

*Cur ex duobus corporibus contiguis quæ separantur ab invicem, unum potius quam aliud moveri dicatur*

Hujusque rei præcipua ratio est, quod motus intelligatur esse totius corporis quod movetur, nec possit ita intelligi esse totius terræ, ob translationem quarundam ejus partium ex viciniâ minorum corporum quibus contiguæ sunt: quoniam sæpe plures ejusmodi translationes, sibi mutuò contrarias, in ipsâ licet advertere. Ut si corpus EFGH sit terra, & supra ipsam eodem tempore corpus AB transferatur ab E versus F, ac CD ab H versus G, quamvis



nom časovém okamžiku k onomu pohybujícímu se (tělesu) mohou přílehat pouze jedna tělesa.

Konečně jsem dodal, že onen přesun se děje nikoli ze sousedství jakýchkoli přilehlých těles, ale pouze *těch*, která *nahlížíme jako spočívající v klidu*. Přesun je totiž vzájemný a nelze chápát, že by se těleso AB přesunovalo ze sousedství tělesa CD, a zároveň nechápat, že se těleso CD přesunuje ze sousedství tělesa AB.<sup>19</sup> A je třeba zcela stejné síly i činnosti, jak z jedné, tak z druhé strany. Chceme-li tedy pohybu připisovat zcela vlastní, k ničemu jinému nevztaženou přirozenost, pak když se dvě přilehlá tělesa přesunují jedno na jednu, druhé na druhou stranu, a tak se od sebe navzájem oddělují, řekneme, že v jednom je právě tolik pohybu jako v druhém. Avšak to by se příliš vzpíralo obecnému způsobu vyjadřování. Stojíme totiž na Zemi a považujeme ji za spočívající v klidu. A přestože vidíme, že se některé její části přilehlé k jiným menším tělesům přesunují z jejich sousedství, nedomníváme se proto, že se Země pohybuje.

A hlavním důvodem této věci je to, že pohyb chápeme jako pohyb celého tělesa, které se pohybuje, a toto nelze chápout o celé Zemi, (jen) kvůli přesunu nějakých jejích částí ze sousedství menších těles, ke kterým přiléhají. Často na ní lze totiž mnohé takové navzájem protikladné přesuny odhalit. Řekněme, že těleso EFGH je Země a na ní se zárověn přesunuje těleso AB z bodu E do bodu F a CD z H do G.



<sup>19</sup> Srv. AT V, s. 345, ř. 22nn.

## XXIX.

*(Pohyb) se též vztahuje pouze k těm přilehlým tělesům, která nahlížíme jako spočívající v klidu.*

## XXX.

*Proč se o jednom ze dvou přilehlých těles, která se navzájem oddělují, říká, že se pohybuje, spíše než o druhém.*

hoc ipso partes terræ corpori AB contiguæ à B versus A transferantur, neque minor vel alterius naturæ actio in iis esse debeat, ad illam translationem, quām in corpore AB: non ideò intelligimus terram moveri à B versus A, sive ab Occidente versus Orientem, quia pari ratione ob id quōd ejus partes corpori CD contiguæ transferantur à C versus D, intelligendum esset eam etiam in aliam partem moveri, nempe ab Oriente in Occidentem; quæ duo inter se pugnant. Ita ergo, ne nimium à communi usu loquendi recedamus, non hīc dicemus terram moveri, sed sola corpora AB & CD; atque ita de reliquis. Sed interim recordabimur, id omne quod reale est ac positivum in corporibus quæ moventur, propter quod moveri dicuntur, reperiri etiam in aliis ipsorum contiguis, quæ tamen ut quienscentia tantum spectantur.

XXXI.  
*Quomodo in eodem corpore innumeris diversi motus esse possint.*

Etsi autem unumquodque corpus habeat tantum unum motum sibi proprium, quoniam ab unis tantum corporibus sibi contiguis & quienscentibus recedere intelligitur, participare tamen etiam potest ex aliis innumeris, si nempe sit pars aliorum corporum alios motus habentium. Ut, si quis ambulans in navi horologium in perā gestet, ejus horologii rotulæ unico tantum motu sibi proprio movebuntur, sed participabunt etiam ex alio, quatenus, adjunctæ homini ambulanti, unam cum illo materiæ partem component, & ex alio quatenus erunt adjunctæ navigio in mari fluctuantí, & ex alio quatenus adjunctæ ipsi mari, & denique alio quatenus adjunctæ ipsi terræ, si quidem tota terra moveatur. Omnesque hi motus revera erunt in rotulis istis; sed quia non facilè tam multi simul intelligi, nec etiam omnes agnosci possunt, suffi-

Tím se sice přesunují části Země přilehlé k tělesu AB z B do A, nemusí v nich ale k onomu přesunu být ani menší, ani jiná činnost přírody než v tělese AB. Nechápe me to tedy tak, že se Země pohybuje z B do A, čili ze západu na východ. Když se totiž její části přilehlé k tělesu CD přesunují z C do D, měli bychom to na základě stejného úsudku chápát tak, že se pohybuje i na druhou stranu, totiž z východu na západ – což si navzájem odporuje. Abychom se tedy příliš nevzdálili od obecného způsobu vyjadřování, neřekneme zde, že se pohybuje Země, ale pouze tělesa AB a CD; a stejně o ostatním. Prozatím si ale budeme pamatovat, že vše, co je reálné a pozitivní v tělesech, která se pohybují, a jsou proto nazývána pohybujícími se, se nalézá i v jiných (tělesech) jim přilehlých, která však nahližíme pouze jako spočívající v klidu.<sup>20</sup>

Ačkoli má jedno každé těleso pouze jeden sobě vlastní pohyb (poněvadž se chápe jako ustupující pouze od jediných těles jemu přilehlých a spočívajících v klidu), přece se může podílet i na nesčetných jiných (pohybech), je-li totiž částí jiných těles majících jiné pohyby. Když má třeba někdo, kdo se prochází po lodi, v brašně hodiny, budou se kolečka téhoto hodin pohybovat pouze jedním sobě vlastním pohybem. Budou se ale podílet i na jiném (pohybu), nakolik tvoří jednu část látky s člověkem, který se prochází, a na jiném, nakolik budou náležet k lodi, plavící se po moři, a na jiném, nakolik budou náležet samotnému moři, a konečně na jiném, nakolik budou náležet samotné Zemi, pokud se celá Země pohybuje. A všechny tyto pohyby budou skutečně v oných kolečkách. Ale protože není snadné chápát jich tolik zároveň, ani je nelze

## XXXI.

*Jak mohou v tomtéž tělesu být nesčetné různé pohyby.*


<sup>20</sup> Viz čl. XIII., s. 95n. tohoto vydání.

ciet unicum illum, qui proprius est cujusque corporis, in ipso considerare.

XXXII.

*Quomodo etiam motus propriè sumptus, qui in quoque corpore unicus est, pro pluribus sumi possit.*

Ac præterea ille unicus cujusque corporis motus, qui ei proprius est, instar plurium potest considerari: ut, cùm in rotis curruum duos diversos distinguimus, unum scilicet circularem circa ipsarum axem, & alium rectum secundūm logitudinem viæ per quam feruntur. Sed quòd ideo tales motus non sint revera distincti, patet ex eo, quòd unumquodque punctum corporis quod movetur, unam tantùm aliquam lineam describat. Nec refert, quòd ista linea sæpe sit valde contorta, & ideo à pluribus diversis motibus genita videatur: quia possumus imaginari, eodem modo quamcunque lineam, etiam rectam, quæ omnium simplicissima est, ex infinitis diversis motibus ortam esse. Ut



si linea AB feratur versus CD, & eodem tempore punctum A feratur versus B, linea recta AD, quam hoc punctum A describet, non minùs pendebit à duobus motibus rectis, ab A in B & ab AB in CD, quàm linea curva, quæ à quovis rotæ puncto describitur, pendet à motu recto & circulari. Ac proinde quamvis sæpe utile sit unum motum in plures partes hoc pacto distinguere, ad faciliorem ejus perceptionem, absolutè tamen loquendo, unus tantùm in unoquoque corpore est numerandus.

Ex hoc autem quòd suprà fuerit animadversum, loca omnia corporibus plena esse, semperque easdem materiæ partes æqualibus locis coæquari, sequitur nullum corpus moveri posse nisi per circumflexum, ita scilicet ut aliud aliquod corpus ex loco

XXXIII.

*Quomodo in omni motu integer circulus corporum simul moveatur.*

všechny poznat, postačí v každém tělesu uvážit ten jediný, který je mu vlastní.

A dále, onen jediný pohyb každého tělesa, který je mu vlastní, může být považován za *(pohyby)* mnohé: jako když rozlišíme v kolech vozu dva různé *(pohyby)*, totiž jeden kruhový okolo jejich osy, druhý pak přímý podle trasy cesty, po které jedou. Takové pohyby ale proto ještě nejsou skutečně odlišné, což je zřejmé z toho, že jeden každý bod tělesa, které se pohybuje, opisuje pouze jednu určitou čáru. Ani nezáleží na tom, že ona čára je často velmi zakřivená, a proto se zdá, že ji tvoří více různých pohybů. Můžeme si totiž představit, že tímtoé způsobem každá čára, a to i přímá (která je ze všech nejjednodušší), má původ v nekonečném počtu různých pohybů.

bù. Když například úsečka AB směřuje k *(úsečce)* CD a zároveň bod A směřuje do *(bodu)* B, úsečka AD, kterou tento bod A opisuje, nebude méně záviset na dvou přímých pohybech z A do B a z AB do CD, než bude záviset křivka, kterou bude opisovat jakýkoli bod kola, na pohybu přímém a kruhovém. Jakkoli je tedy ke snažšemu poznání nějakého pohybu často užitečné rozlišovat v něm takto více částí, je přesto třeba (absolutně řečeno) v každém tělesu uvádět pouze jeden *(pohyb)*.

Výše jsme si povšimli,<sup>21</sup> že všechna místa jsou vyplňena tělesy a tytéž části látky jsou vždy přiřazeny stejným místům. Z toho plyne, že žádné těleso se nemůže pohybovat jinak než v kruhu: totiž tak, aby nějaké jiné těleso vypudilo z místa, na které vstupuje, a to *(těleso)* opět jiné

XXXII.

*Náležité pojímaný pohyb, který je v každém tělesu jediný, lze též pojímat jako mnohé *(pohyby)*.*

XXXIII.

*Při každém pohybu se zároveň pohybuje celý kruh těles.*

<sup>21</sup> Viz čl. XVIII.n., s. 101n. tohoto vydání.



quem ingreditur expellat, hocque rursus aliud, & aliud, usque ad ultimum, quod in locum à primo derelictum, eodem temporis momento quo derelictus est, ingrediatur. Hocque facilè intelligimus in circulo perfecto, quia videmus nullum vacuum, nullamque rarefactionem aut condensationem requiri, ut pars circuli A moveatur versus B, modò eodem tempore pars B moveatur versus C,

C versus D, ac D versus A. Sed idem intelligi etiam potest in circulo non perfecto, & quantumlibet irregulari, modò advertatur, quo pacto omnes locorum inæqualitates inæquali motuum celeritate possint compensari. Sic tota materia contenta in

spatio EFGH circulariter moveri potest absque ullâ condensatione vel vacuo, & eodem tempore

eius pars quæ est versus E, transire versus G, ac ea quæ est versus G, transire versus E: modò tantùm, ut spatiū in G supponitur esse quadruplo latius quām in E, ac duplò quām in F & H, ita etiam quadruplo celeriùs moveatur in E quām in G,

ac duplo celeriùs quām in F vel H; atque ita reliquis omnibus in locis motūs celeritas angustiam loci compenset. Hoc enim pacto, in quovis determinato tempore, tantundem materiæ per unam istius circuli partem, quām per alteram transibit.





a *(to zase)* jiné, až k poslednímu, které zabere místo opuštěné prvním v tomtéž okamžiku, kdy bylo *(toto místo)* opuštěno. Snadno to chápeme na dokonalém kruhu, protože vidíme, že není třeba žádného prázdná a žádného zředování či zhušťování *(k tomu)*, aby se část kruhu A po hybovala směrem k B, když jen se zároveň část B pohybuje směrem k C, C směrem k D a D směrem k A. Lze to ale chápát i na kruhu nedokonalém a jakoli nepravidelném, když si jen povšimneme, jak lze vyvážit všechny nerovnoměrnosti míst nerovnoměrnou rychlostí pohybů. Tak se může veškerá látka obsažená v prostoru

EFGH kruhově pohybovat bez zhušťování či prázdná a zároveň její část, která je u E, přejít směrem ke G a ta, která je u G, přejít směrem k E – jen když se (pokládá-li se

prostor v G za čtyřikrát širší než v E a dvakrát *(širší)* než v F a H) také čtyřikrát rychleji pohybuje v E než v G a dvakrát rychleji než v F nebo H. Také u všech ostatních míst rychlosť pohybu vyvažuje zúžení místa.

Takto totiž projde v každém určitém čase jednou částí onoho kruhu právě tolik látky jako *(každou)* jinou.



XXXIV.  
*Hinc sequi divisionem  
 materiæ in  
 particulas revera  
 indefinitas, quamvis  
 ea nobis sint  
 incomprehensibiles.*

Fatendum tamen est in motu isto aliquid reperi, quod mens quidem nostra percipit esse verum, sed tamen, quo pacto fiat, non comprehendit: nempe divisionem quarundam particularum materiæ in infinitum, sive indefinitam, atque in tot partes, ut nullam cogitatione determinare possimus tam exiguum, quin intelligamus ipsam in alias adhuc minores reipsa esse divisam. Fieri enim non potest, ut materia quæ jam implet spatium G, successivè impleat omnia spatia innumeris gradibus minora, quæ sunt inter G & E, nisi aliqua ejus pars ad innumerabiles illorum spatiorum mensuras figuram suam accommodet: quod ut fiat, necesse est omnes imaginabiles ejus particulæ, quæ sunt revera innumeræ, à se mutuo aliquantulum removeri, & talis quantulacunque remotio vera divisio est.

XXXV.  
*Quomodo fiat ista  
 divisio, & quod non  
 sit dubitandum quin  
 fiat, etsi non  
 comprehendatur.*

Notandum autem me h̄c non loqui de totâ materiâ, sed tantùm de aliquâ ejus parte. Quamvis enim supponamus duas aut tres ejus partes esse in G tantæ latitudinis quantæ est spatium E, itemque etiam plures alias minores, quæ maneant indivisæ: nihilominus intelligi potest eas moveri circulariter versus E, modò quædam aliæ ipsis admistæ sint, quæ se quomodoli bet inflectant, & figuræ suas sic mutant, ut junctæ istis figuræ suas non ita mutantibus, sed solam celeritatem motûs ad rationem loci occupandi accommodantibus, omnes angulos quos istæ aliæ non occupabunt, accuratè compleant. Et quamvis, quomodo fiat indefinita ista divisio, cogitatione comprehendere nequeamus, non ideò tamen debemus dubitare quin fiat: quia clarè percipimus illam necessariò sequi ex naturâ materiæ nobis evidentissimè cognitâ, percipimus-

XXXIV.  
*Z toho plynne dělitelnost  
 hmoty na skutečně  
 neomezené (male)  
 částice, jakkoli je  
 nemůžeme dokonale  
 pojmetout.*

Je však třeba uznat, že v onom pohybu se nachází něco, co naše mysl sice poznává jako pravdivé, přesto ale nepojímá dokonale, jak k tomu dochází: totiž nekonečná čili neomezená dělitelnost nějakých částic látky – a to na tolik částí, že žádnou *{z nich}* nemůžeme myšlením určit jako tak nepatrnu, abychom nechápali, že se ve skutečnosti dále dělí na jiné, ještě menší *{části}*. Nemůže se totiž stát, aby látka, která již vyplňuje prostor G, následně zaplnila všechny nesčíslné postupně se zmenšující prostory mezi G a E, pokud by nějaká její část nepřizpůsobila svůj tvar nesčíslným míram oněch prostorů. Má-li k tomu dojít, je nutné, aby se všechny její představitelné částice, kterých je vskutku bezpočet, od sebe navzájem trochu oddálily – a takové oddálení, jakkoli nepatrné, je ve skutečnosti dělením.

XXXV.  
*Jak k tomuto dělení  
 dochází. Nelze  
 pochybovat o tom, že  
 k němu dochází,  
 i když je nepojímáme  
 dokonale.*

Je však třeba poznamenat, že zde nehovořím o veškeré látce, ale pouze o nějaké její části. Předpokládáme sice dvě či tři její části v G s takovou šírkou jako prostor E a rovněž i mnohé jiné menší, které zůstávají nerozdělené. Přesto lze chápat, že se kruhově pohybují směrem k E. Jen se s nimi musí smíšit nějaké jiné, které se všelijak prohýbají a mění své tvary tak, že připojeny k těm, které své tvary takto nemění (ale pouze přizpůsobují rychlosť pohybu výměru místa, které mají zabrat), přesně vyplní všechny kouty, které ty ostatní nezaberou. A přestože myšlením nejsme s to dokonale pojmetout, jak dochází k onomu neomezenému dělení, neměli bychom proto ještě pochybovat, že k němu dochází. Jasně totiž poznáváme, že *{neomezená dělitelnost}* nutně vyplývá z přirozenosti látky, kterou jsme zcela zřejmě poznali. A poznává-

que etiam eam esse de genere eorum quæ à mente nostrâ, utpote finitâ, capi non possunt. |

Motûs naturâ sic animadversâ, considerare oportet ejus causam, eamque duplîcem: primò scilicet universalem & primariam, quæ est causa generalis omnium motuum qui sunt in mundo; ac deinde particularem, à quâ fit ut singulæ materiæ partes motus, quos priùs non habuerunt, acquirant. Et generale quod attinet, manifestum mihi videtur illam non aliam esse, quam Deum ipsum, qui materiam simul cum motu & quiete in principio creavit, jamque, per solum suum concursum ordinarium, tantundem motûs & quietis in eâ totâ quantum tunc posuit conservat. Nam quamvis ille motus nihil aliud sit in materiâ motâ quam ejus modus; certam tamen & determinatam habet quantitatem, quam facile intelligimus eandem semper in totâ rerum universitate esse posse, quamvis in singulis ejus partibus mutetur. Ita scilicet ut putemus, cùm una pars materiæ duplò celeriùs movetur quam altera, & hæc altera duplò major est quam prior, tantundem motus esse in minore quam in majore; ac quantò motus unius partis lentior fit, tantò motum alicujus alterius ipsi æqualis fieri celeriore. Intelligimus etiam perfectionem esse in Deo, non solùm quòd in se ipso sit immutabilis, sed etiam quòd modo quam maximè constanti & immutabili operetur: adeò ut, iis mutationibus exceptis, quas evidens experientia vel divina revelatio certas reddit, quasque sine ullâ in creatore mutatione fieri percipimus aut credimus, nullas alias in ejus operibus supponere debeamus, ne qua inde inconstantia in ipso arguatur. Unde sequitur quam maximè rationi esse consenta-

XXXVI.  
*Deum esse primariam  
motûs causam:  
& eandem semper  
motûs quantitatem  
in universo  
conservare.*

me též, že *〈tato dělitelnost〉* je z rodu toho, co nemůže být uchopeno naší myslí; ta je totiž konečná.

Když jsme tak odhalili přirozenost pohybu, je třeba uvážit jeho příčinu. A to dvojím způsobem: za prvé, jako všeobjímající a prvotní, která je obecnou příčinou všech pohybů ve světě; za další, jako jedinečnou, kterou dochází k tomu, že jednotlivé části látky získávají pohyby, které dříve neměly. Co se týče té obecné, zdá se mi zjevné, že jí není nic jiného než samotný Bůh, který na počátku stvořil látku zároveň s pohybem i klidem a pouze svou řádnou součinností v ní celé zachovává právě tolik pohybu i kli- du, kolik jej tehdy *〈do ní〉* vložil. Neboť jakkoli je onen pohyb v pohybované látce pouze jejím modelem, přesto má jistou a určitou velikost, o níž snadno chápeme, že může být vždy táz v celém souhrnu věcí, byť by se v jeho jednotlivých částech měnila. Když se totiž jedna část látky pohybuje dvakrát rychleji než jiná a tato jiná je dvakrát větší než ta první, máme za to, že je stejně množství pohybu jak v menší, tak ve větší; a kolikrát je pomalejší pohyb jedné části, tolíkrát se stává stejný pohyb nějaké jiné rychlejším. Chápeme též, že v Bohu je ta dokonalost, že je nejen sám v sobě nemenný, ale též že jedná naprosto trvale a nemenně. Když tedy odhlédneme od těch změn, které nám jako jisté podává zřejmá zkušenost či Boží zjevení a které se, jak poznáváme či věříme, dějí *〈ve světě〉* bez jakékoli změny ve Stvořiteli, neměli bychom v Jeho úkonech předpokládat žádné jiné, aby se proto nenamítalo, že je v Něm nějaká nestálost. Z toho plyne, že je nad-

XXXVI.  
*Bůh je prvotní příčinou  
pohybu a zachovává  
vždy totéž množství  
pohybu ve vesmíru.*

neum, ut putemus | ex hoc solo, quòd Deus di-  
versimodè moverit partes materiæ, cùm primùm  
illas creavit, jamque totam istam materiam con-  
servet eodem planè modo eademque ratione quâ  
priùs creavit, eum etiam tantundem motûs in ipsâ  
semper conservare.

...

míru rozumné mít za to, že když Bůh částem látky, které předtím stvořil, udělil různé pohyby, a dále onu veškerou látku zachovává zcela stejným způsobem a s tímtéž vý-  
měrem,<sup>22</sup> jakou ji dříve stvořil, pak v ní též vždy zachová-  
vá stejné množství pohybu.

...

<sup>22</sup> Ve fr. verzi místo: „tímtéž výměrem, jakou jí dříve stvořil“ stojí: „tý-  
miž zákony, které částem látky určil při jejich stvoření“, AT IX-2,  
s. 84.

PRINCIPIORUM  
PHILOSOPHIÆ  
PARS QUARTA

*De Terrâ.*

...  
Sciendum itaque humanam animam, etsi totum corpus informet, præcipuam tamen sedem suam habere in cerebro, in quo solo non modò intelligit & imaginatur, sed etiam sentit: hocque opere nervorum, qui, filorum instar, à cerebro ad omnia reliqua membra protenduntur, iisque sic annexi sunt, ut vix ulla pars | humani corporis tangi possit, quin hoc ipso moveantur aliquot nervorum extremitates per ipsam sparsæ, atque earum motus ad alias eorum nervorum extremitates, in cerebro circa sedem animæ collectas, transferatur, ut in Dioptricæ capite quarto satis fusè explicui. Motus autem qui sic in cerebro à nervis excitantur, animam sive mentem intimè cerebro conjunctam diversimodè afficiunt, prout ipsi sunt diversi. Atque hæ diversæ mentis affectiones, sive cogitationes, ex istis motibus immediatè consequentes, sensuum perceptiones, sive, ut vulgò loquimur, sensus appellantur.

Horum sensuum diversitates primò ab ipsorum nervorum diversitate, ac deinde à diversitate mo-

CLXXXIX.  
*Quid sit sensus,  
& quomodo fiat.*

CXC.  
*De sensuum distinctio-  
ne: ac primò de*

PRINCIPY  
FILOSOFIE  
ČÁST ČTVRTÁ

*O Zemi*

...  
Je třeba vědět, že lidská duše, přestože prostupuje celým tělem, má své hlavní sídlo v mozku, v němž samotném nejen chápe a představuje si, ale též vnímá: a to prostřednictvím nervů, které se jako vlákna napínají z mozku do všech ostatních údů, ke kterým jsou připojeny tak, že se lze stěží dotknout nějaké části lidského těla, aniž by tím nebylo zároveň podrážděno několik nervových zakončení v ní rozptýlených, a jejich podráždění tak nebylo přeneseno na opačná zakončení těchto nervů, soustředěná v mozku okolo sídla duše (jak jsem dostatečně obšírně vyložil ve čtvrté kapitole *Optiky*).<sup>1</sup> Podráždění, která jsou takto vyvolávána nervy v mozku, však ovlivňují duši čili mysl (vnitřně spojenou s mozkem) různě, protože jsou sama různá. Tyto různé stavby mysli neboli myšlenky, pocházející bezprostředně z oněch podráždění, se nazývají poznatky smyslů, nebo, jak obvykle říkáme, vjemy.

Rozdíly mezi těmito smyslovými vjemy závisejí jednak na různosti samotných nervů, jednak na různosti po-

CLXXXIX.  
*Co je smyslové vnímání  
a jak vzniká.*

CXC.  
*O rozlišení smyslů:  
nejprve o vnitřních,*

<sup>1</sup> AT VI, s. 109–114. Descartes mní epifýzu (conarium, glande pinéale). Ta, jakožto jediný nepárový orgán v mozku, může poskytovat zkušenosti jednotný charakter.

*internis, hoc est, de  
animi affectibus,  
& de appetitibus  
naturalibus.*

tuum, qui in singulis nervis fiunt, dependent. Neque tamen singuli nervi faciunt singulos sensus à reliquis diversos, sed septem tantum præcipuas differentias in iis notare licet, quarum duæ pertinent ad sensus internos, aliæ quinque ad externos. Nempe nervi qui ad ventriculum, oesophagum, fauces, aliasque interiores partes, explendis naturalibus desideriis destinatas, protenduntur, faciunt unum ex sensibus internis, qui appetitus naturalis vocatur. Nervuli verò qui ad cor & præcordia, quamvis per exigui sint, faciunt alium sensum internum, in quo consistunt omnes animi commotiones, sive pathemata, & affectus, ut lætitiae, tristitia, amoris, odii, & similium. Nam, exempli caussâ, sanguis ritè temperatus, facilè ac plus solito in corde se dilatans, nervulos circa orificia sparsos ita laxat & movet, ut inde alius motus in cerebro sequatur, qui naturali | quodam sensu hilaritatis afficit mentem: ac etiam aliæ quævis caussæ, nervulos istos eodem modo moventes, eundem illum lætitiae sensum dant. Ita imaginatio fruitionis alicujus boni, non ipsa sensum lætitiae in se habet, sed spiritus ex cerebro ad musculos, quibus illi nervi inserti sunt, mittit, eorumque ope orificia cordis expanduntur, & ejus nervuli moventur eo motu, ex quo sequi debet ille sensus. Ita, auditio grato nuncio, mens primùm de ipso judicat, & gaudet gaudio illo intellectuali, quod sine ullâ corporis commotione habetur, quodque idcirco Stoici dixerunt cadere posse in sapientem; deinde, cùm illud imaginatur,

*to jest o stavech duše,  
a o přirozených  
žádostech.*

dráždění, která vznikají v jednotlivých nervech. Jednotlivé nervy však nevytvářejí jednotlivé smyslové vjemy různé od ostatních. Lze mezi nimi rozlišit pouze sedm hlavních druhů, z nichž dva náležejí ke smyslům vnitřním, ostatních pět ke vnějším. Nervy, které se napínají do žaludku, jícnu, hrdla a do ostatních vnitřních částí těla, určených k uspokojování přirozených potřeb, tvoří jeden z vnitřních smyslů, kterému se říká přirozená žádost. Nervy, které *se táhnou* k srdci a bránici, tvoří (jakkoli jsou nepatrné) druhý vnitřní smysl, na němž závisí všechna duševní hnutí či pathémata a stav, jako radost, smutek, láska, nenávist a podobně. Například krev náležitého složení snadno a neobyčejně silně kypí v srdci, napíná a dráždí malé nervy rozmístěné kolem srdečních otvorů tak, že následuje jiné podráždění v mozku, které ovlivňuje mysl přirozeným vjemem veselosti. A stejně tak jiné příčiny, dráždící tyto nervy tímto způsobem, vyvolávají stejný vjem radosti. Představa slasti z něčeho dobrého tak sama v sobě nemá vjem radosti, ale vysílá proudy<sup>2</sup> do svalů, ve kterých jsou ony nervy vpleteny a jejichž prostřednictvím jsou rozšířovány srdeční otvory. Srdeční nervy jsou pak drážděny tím podrážděním, po kterém nutně následuje onen vjem. Když tedy mysl uslyší dobrou zprávu, nejprve ji posuzuje a raduje se onou intelektuální radostí, která není spojena s žádným tělesným hnutím, a o níž proto stoikové říkali, že ji může moudrý zakoušet.<sup>3</sup> A poté, co si onu *(zprávu mysl)* představí, plynou

<sup>2</sup> Životní proudy (*spiritus animales*) jsou u Descarta ty částečky krve, které pouze díky své subtilitě a pohyblivosti vnikají do mozku a následně z něj opět vycházejí, čímž je umožněno spojení mezi mozkem a jednotlivými údy. Srv. např. *Passions de l'Ame I.*, čl. X., AT XI, s. 334n.

<sup>3</sup> Srv. Díogenés Laertios, *Životy, názory a výroky proslulých filosofů VII*, 116, s. 290.

spiritus ex cerebro ad præcordiorum musculos fluunt, & ibi nervulos movent, quorum ope alium in cerebro motum excitant, qui mentem afficit lætitiae animalis sensu. Eādem ratione sanguis nimis crassus, malignè in cordis ventriculos fluens, & non satis ibi se dilatans, alium quandam motum in iisdem præcordiorum nervulis facit, qui cerebro communicatus sensum tristitiae ponit in mente, quamvis ipsa fortè nesciat cur tristetur: aliæque plures caussæ idem præstare possunt. Atque alii motus istorum nervolorum efficiunt alios affectus, ut amoris, odii, metūs, iræ, &c., quatenus sunt tantum affectus, sive animi pathemata, hoc est, quatenus sunt confusæ quædam cogitationes, quas mens non habet à se solā, sed ab eo quòd à corpore, cui intimè conjuncta est, aliquid patiatur. Nam distinctæ cogitationes, quas habemus de iis quæ amplexenda sunt, vel optanda, vel fugienda &c., toto genere ab istis affectibus distinguuntur. Non alia ratio est appetituum naturalium, ut famis, sitis &c., qui à nervis ventriculi, faucium &c., pendent, suntque à voluntate comedendi, bibendi &c., planè diversi; sed quia, ut plurimum, ista voluntas sive appetitio eos comitatur, idcirco dicuntur appetitus.

Quantum ad sensus externos, quinque vulgo numerantur, propter quinque diversa objectorum genera, nervos iis servientes moventia, & totidem genera cogitationum confusarum, quæ ab istis motibus in animâ excitantur. Nam primò, nervi in universi corporis cutem desinentes, illâ mediante à quibuslibet terrenis corporibus tangi possunt, & ab illis integris moveri, uno modo ab illorum duritie, alio à gravitate, alio à calore, alio ab humiditate &c., quotque diversis modis vel moventur,

CXCI.  
De sensibus externis: ac  
primò de tactu.

proudý z mozku do svalů bránice a dráždí tam jemné nervy, jejichž prostřednictvím vyvolávají jiné podráždění v mozku, a to ovlivňuje mysl živočišným vjemem radosti. Stejně tak krev příliš hustá, těžce prostupující srdečními komorami a málo v nich kypící, vyvolává jiné podráždění ve stejných nervech bránice, které (předáno do mozku) necházá v mysli vjem smutku, i kdyby snad mysl sama nevěděla, proc̄ je smutná. Totéž mohou dokázat i mnohé jiné příčiny. A jiná dráždění týchž nervů způsobují jiné stavby (jako lásku, nenávist, strach, hněv atd.), nakolik jsou to pouze stavby čili duševní pathémata, to jest, nakolik to jsou jakési smíšené myšlenky, které mysl nemá od sebe samé, ale proto, že pocituje něco od těla, se kterým je vnitřně spojena. Neboť rozlišené myšlenky, které máme o tom, co si oblíbit, přát nebo před čím utéci atd., se od oněch stavů naprosto liší.<sup>4</sup> Přirozené žádosti (jako hlad, žízeň atd.), které závisejí na nervech žaludku, hrdla atd. a které se naprosto různí od vůle jíst a pít, mají tentýž výměr. Ale poněvadž je ona vůle či žádání většinou provází, nazývají se z toho důvodu žádostmi.

Pokud jde o vnější smysly, obyčejně se jich uvádí pět, protože je pět různých rodů objektů, dráždících jim příslušné nervy. A právě tolik je i rodů smíšených myšlenek, které jsou těmito podrážděními vyvolávány v duši. Neboť za prvé, nervů zakončených v kůži celého těla se mohou právě prostřednictvím kůže dotýkat jakákoli zemská tělesa a všechně je dráždit – jednou svou tvrdostí, jindy tíhou, teplem, vlhkostí atd. A kolika různými způsoby je (tato tělesa) dráždí nebo jim brání v jejich náležitém dráž-

CXCI.  
O smyslech vnějších:  
nejprve o hmatu.

<sup>4</sup> Ve fr. verzi dodatek: „...ačkoli se často vyskytuje společně.“ AT IX-2, s. 312.

vel à motu suo ordinario impediuntur, tot in mente diversos sensus excitant, ex quibus tot tactiles qualitates denominantur. Ac præterea, cùm isti nervi solito vehementius agitantur, sed ita tamen ut nulla læsio in corpore inde sequatur, hinc fit sensus titillationis, menti naturaliter gratus, quia vires corporis, cui arctè conjuncta est, ei testatur; si verò aliqua læsio inde sequatur, sit sensus doloris. Atque hinc patet, cur corporea voluptas & dolor tam parum distent ab invicem in objecto, quamvis in sensu contrarii sint.

CXCII.  
*De gustu.*

Deinde alii nervi, per linguam & partes ei vioinas sparsi, ab eorundem corporum particulis, ab invicem disjunctis, & simul cum salivâ in ore nantibus, diversimodè moventur, prout ipsorum figuræ sunt diversæ, sicque diversorum saporum sensus efficiunt.

CXCIII.  
*De odoratu.*

Tertiò, duo etiam nervi, sive cerebri appendices extra calvariam non exsertæ, moventur ab eorundem corporum particulis disjunctis, & in aëre volantibus, non quidem quibuslibet, sed iis quæ satis subtiles ac simul satis vividæ sunt, ut in nares attracte per ossis spongiosi meatus usque ad illos nervos perveniant; & à diversis eorum motibus fiunt diversorum odorum sensus.

CXCIV.  
*De auditu.*

Quartò, duo alii nervi, in intimis aurium cavernis reconditi, excipiunt tremulos & vibratos totius aëris circumiacentis motus. Aër enim membrulam tympani concutiens, subjunctam trium ossiculorum catenulam, cui isti nervi adhærent, simul quatit; atque ab horum motuum diversitate, diversorum sonorum sensus oriuntur.

CXCV.  
*De visu.*

Denique nervorum opticorum extremitates, tunicam, retinam dictam, in oculis componentes,
